



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXVII. Die ältern Markgrafen Otto und Conrad, so wie Johann und Otto, die jüngern Markgrafen, ersetzen dem Kloster Chorin, was ihm an der demselben verkauften Hebung aus dem Hufenzinse in Schwedt ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXXVI. Otto, Herzog der Slawen und Kaffuben, verleiht dem Kloster Chorin Zollfreiheit in seinem Gebiete, am 12. September 1296.

Otto, dei gratia Dux Slauorum et Cassubie, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in sempiterno Salvatore. Considerantes necessitatis inopiam et rerum defectum Fratrum de Chorin Ordinis Cystercienfis et, per ipsorum orationes anime nostre cupientes consequi remedium, decreuimus ipsorum inopiam nostro consilio et auxilio subleuare. Statuimus itaque, ut liberum sit supradictis fratribus uidelicet de Chorin per omne nostrum dominium vendere et sine omni exactione thelonei ad victum et vestitum necessaria comparare. Vt autem hoc donationis nostre statutum teneatur inconuulsum scripto nostro et sigilli nostri impressione duximus roborandum, attentius precipientes et sub obtentu gratie nostre prohibentes, ne quis ipsos de exactione thelonei audeat molestare. Datum in Chorin, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XCVI^o., pridie ydus Septembr.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 437.

XXXVII. Die ältern Markgrafen Otto und Conrad, so wie Johann und Otto, die jüngern Markgrafen, ersetzen dem Kloster Chorin, was ihm an der demselben verkauften Hebung aus dem Hufenzinse in Schwedt mangelt, im Hufenzinse der Stadt Zehdenick, am 30. März 1297.

Nos Otto et Conradus, seniores, Johannes et Otto, juniores, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberge Marchiones, recognoscimus publice et protestamur presentibus ad uniuersorum cristu fidelium tam presentium quam futurorum cupientes notitiam peruenire, quod cum venerabilibus uiris ac discretis domino Abbati et Conuentui monasterii Korinenfis ordinis Cisterciensis uendidissemus octo talenta cum duobus solidis Brandeburgensium denariorum de censu manorum ciuitati nostre Zweth adjacentium in annuis redditibus proprietatis titulo possidenda perpetualiter et tollenda, quemadmodum suis priuilegiis desuper confectis ac per nos sibi habitis demonstrare poterunt euidenter. Verum tamen cum in prefato censu duorum talentorum nec non et duorum solidorum paterentur defectum, nos huiusmodi defectum supplentes ipsis hanc pecunie summam uidelicet duo talenta cum duobus solidis demonstrauius seu assignauius in censu manorum ciuitatis nostre Cedenik recipiendam temporibus perpetuis et tollendam. In cuius euidentiam presentes eisdem dedimus litteras sigillorum nostrorum appensionibus communitas. Preterea hujus rei testes sunt fideles nostri Conradus et Hermannus, de Redere dicti, Zabelus de Plawe et Hermannus de Stouen, milites, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o. et data Leuenwolde, Sabbatho ante Iudica me Deus.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 438.